UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Determinatio Theologice facultatis Parisie[n]sis, super Doctrina Lvtheriana Hactenus per eam visa

Université <Paris> / Faculté de Théologie

Coloniae, 1521

VD16 P 765

urn:nbn:de:hbz:466:1-34678

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 5974.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Determinatio

Theologice facultatis Pariſiē
ſis, ſuper Doctrina LVTHERIANA Hacte
nus per eam viſa.

¶ Adijcitur determinationi huic, p̄ Reueren
dū heretice prauitatis Inqſitorē
APPENDIX

Errores Lutheri.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Decanꝰ & facultas Theologie Generał Schole
Pariſieñſis oībꝫ Chriſtifidelibꝫ cū ſyncero catholice ꝟitatꝭ amore. S.

PAulꝰ ille vas electōis Euāgelicuſqꝫ tubicē, ⁊ gentiū doctor
Timotheū inſtituēs, vt curet ſeipm operariū incōfuſibilē ⁊
ꝓbatū exhibere deo, recteqꝫ tractātē ꝟbū ꝟitatis, ꝓphana hortat̄
et vaniloq̄a deuitare, qm̄ hec multū ꝓficiūt ad īpietatē. Naꝫ ſi ſe-
mel recepta fuerint, mox ſerpet venenū, ⁊ obſoleſcet catholice doc-
trine vigor. Siq̄dē hereticoꝝ ſermo ſi aīos aliqn̄ ſimpliciū occu-
parit, ſp latius diffundet̄, eoſqꝫ fallacibꝫ erroꝝ inuolucris, q̄ſi tena-
ci viſco inuoluēs, ſenſim a veritate ad īpietatē nimiā deturbabit,
et ꝑinde ac cancer morbꝫ ſerpet, qui vbi corpꝰ viuētꝭ attigerit, nō
deſinit paulatim vicinas occupare ꝑtes, donec intulerit exitium.
Pleraqꝫ huiuſce rei exēpla receſere ꝑfacile ē. Nā cū adhuc in ad-
oleſcentia ſua eccl'ia chriſti ſponſa florere cepiſſet, ſurrexere viri
mēdaces ⁊ impij, q̄ a ꝟitate excidētes, fidē illiꝰ ſubuertere moli-
rent̄, q̄les fuerūt, Hermogenes, Philetꝰ, Hymeneus, ⁊ poſt illos
Ebion, Marcion, Apelles, deinde Sabelliꝰ, Manicheꝰ, Arriꝰ
Seneſcēte ꝟo eadē ⁊ paulo añ tpa nr̄a, Valdo, Wiclef, ⁊ Joānes
Hus. Hac etiā tēpeſtate, de ꝓgenie illa viperaꝝ ſuborti ſunt, ꝓh
dolor filij nequā, q̄ ſpecioſe matris nō hn̄tis maculā neqꝫ rugam
vnionis vinculū ſchiſmatice diſcindere conāt̄, vere ſil'es viperul'.
vt enī ille coroſis matrū viſceribꝫ nō exeūt ꝑuſqꝫ eas extinxerint
ita hi parentē eccl'iam exitiali ſuoꝝ dogmatū peſtilentiqꝫ veneno,
multiplici nouaꝝ inuētionū foetura, dū iuuare vident̄ ⁊ venerari,
(licet īextinguibilē) potiꝰ tn̄ q̄tū in ſe eſt interimūt, nō ferētes cū
ipi ſint, ⁊ ancille filij, ⁊ illegitimi, imo diaboli genimina, matris
eccl'ie liberos legitimoſqꝫ filios, niſi eos ſuis peſtiferꝭ doctrinis i-
ficiāt, ⁊ venenatis iaculis cōtorqueāt, ſatagētes ſpēm matrꝭ ac
decorē temerare ⁊ ꝯtaminare, Cuiꝰ tn̄ facies ſp eſt ⁊ erit gr̄aꝝ ple-
na, ſplendidiſſimuſqꝫ ornatꝰ. Ipa enī veluti regina a dextris ſpōſi
ſui ī veſtitu aſtat deaurato circūdata varietate, legū, ceremonia-
rū, ſacramētoꝝ, ⁊ bonoꝝ hoīm ad p̄ſentē vitā futurāqꝫ ꝯducētiū.
Hinc virulētis ſuis ſcriptis ⁊ ſermonibꝫ illā lacerare nō ceſſant, ⁊
ꝓ viribꝫ deturpare ſatagūt. Inter q̄s vnꝰ vel p̄cipuꝰ exiſtit q̄daꝫ
Martinꝰ Luther q̄tū ex ſcriptꝭ cōpluribꝫ eiꝰ noīe diuulgatis cō-
iectare licet, ſi mō titulo credēdū eſt, Ipe enī p̄noiatoꝝ heretico-
rū dogmata (inſtar p̄uaricatoris Ahiel, q̄ ꝯtra Joſue imp̄catiōeꝫ
reedificauit Hierico) inſtaurare ſtudet ⁊ noua cōfingere, q̄ cū ad
ſobrietatē ſapere minime didicerit, plus vnꝰ ſapere p̄ſumit qꝫ cete-
ri oēs q̄ in eccl'ia ſunt aut fuerūt, Oim̄ nēpe vniuerſitatuꝫ ſchol'
ſuū auſus eſt p̄ferre iudiciū, p̄ſcoꝝ q̄qꝫ vl' ſctōꝝ doctoꝝ eccl'ie ſen-
tentias ꝯtēnit, ⁊ vt ad impietatꝭ cumulū addat, ſacroꝝ ſanctōꝝ
ꝯcilioꝝ eneruare ꝯtendit, q̄ſi ſcꝫ ad fideliū ſalutē neccaria Luthe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ro ſoli deꝰ reſeruarit. q̄ p̄teritis ſeculis neſciuit eccl'ia, ⁊ ad hec vſ
qꝫ tp̄a in tenebris ⁊ erroꝝ cecitate, ſuā ſponſam chr̄s dimiſerit O
impiā ⁊ inuerecūdā arrogātiā: vinculis, cēſuris, imo ignibꝰ ⁊ flā
mis coercēdā potiꝰ q̄ȝ rōne ꝯuincēdā: Nōne em̄ q̄ ita ſentit ⁊ ſcri
bit ꝑma fidei ꝓncipia abnegat, ⁊ ipietatē palā ꝓfitet̄: Nōne ipiū
ſe ꝓdit ⁊ infidelē q̄ſq̄s orthodoxe fidei, ſctis eccl'ie doctoribꝰ, ac ſa
cris ꝯcilijs credere dedignat̄: Js nēpe cui credet q̄ catholice eccl'ie
fidē habere detractat: Aut quō catholicis aſcribet̄, q̄ eccl'iam non
audit: cū ex ore ꝟitatis dictū ſit, Si eccl'iaꝫ nō audierit ſit tibi ſi
cut Ethnicꝰ ⁊ publicanꝰ. Porro iſta ē peculiaris hereticoꝝ inſa-
nia, vt ſcripturas ꝓ voto ꝯtorquētes ſeſe eas ſolos credāt intelli
gere, ſolos ſe ad veritatem Euāgelij putēt ambulare, ſolos ſe ⁊ q̄s
falſa religione ſeducūt, ſalutē ꝯſeq̄ arbitrent̄, nec cuiuſcūqꝫ docto-
ris q̄ȝtūuis ſcti aut eruditi, ſꝫ nec ipius eccl'ie auctoritatē ſuſcipe
re velint ꝯtra eā quā ſemel ſibi p̄fixerint ſcripturaꝝ intelligētiaꝫ
Hoc ꝯprobat inſanꝰ Montanꝰ cū ſuis Priſca ⁊ Maximilla, ſcti
ſpūs aduētū in ſe ꝯpletū ipiſſime credēs magꝭ q̄ȝ i apl'is. Hoc ⁊
impiꝰ Manicheꝰ, q̄ vanitate Luciferi seductꝰ vſqꝫ adeo delirauit
vt ſe ſpm̄ ſctm̄ a Chro miſſum aſſereret. Hoc itē Secūdinꝰ eiuſdē
Manichei diſcipulꝰ, qui Auguſtinū ⁊ catholicos ceteros errare
ꝯfidēter aſſeuerās, q̄ſi eidē ꝯdolēs Auguſtino ſcripſit ſe nō inue-
nire q̄dnā an̄ eterni iudicis tribunal poſitꝰ, deſerto Manicheo re
ſpōdere valeret. Mos nēpe iſte ē hereticoꝝ At vero dū eccl'iaꝫ au
dire nolūt, nec ferūt ſuaui chriſtiane diſcipline iugo colla ſubmit
tere, illudētibꝰ ſibi ſpiritibꝰ mēdacij ⁊ erroris, in manifeſtos corru
unt errores, ⁊ ꝓ fide execrādas ꝓfitent̄ blaſphemias, qđ Luther
ipe ſeu auctor q̄ſquis eſt opuſculoꝝ illiꝰ editoꝝ noīe, luce clariꝰ de-
monſtrat, q̄ dū eccl'ie ⁊ ſctōꝝ patꝝ ſalutaria reſpuit documēta, et
hereſiarcha factꝰ eſt ⁊ virulētꝰ veteꝝ hereſum innouator. De libe
ro nāqꝫ arbitrio diſſerēs Manicheos ſeq̄t̄, de ꝯtritōe ⁊ ijs q̄ eā p̄-
cedūt, Huſſitas, Wicleuiſtas ꝟo de ꝯfeſſione, De preceptis Be-
gardos, Catharos de punitōe hereticoꝝ, de imunitate eccl'iaſtico
rū ⁊ Euāgelicis cōſilijs Valdēſes ⁊ Bohemos. De iuramēto, con
ſentit hereticis, q̄ ſe iactitāt de ordine apl'oꝝ. De obſeruatōe legali
um Ebionitaꝝ hereſi ꝓpinq̄t. Ceterū de ſacramētali abſolutōe, ſa
tiſfactōe, p̄paratōe ad Euchariſtiā, ſcripturas nō aduertēs ſꝫ ꝑ-
uertēs, itē de pctis, de poenis purgatorij, de generalibꝰ ꝯcilijs, non
ferēdos diſſeminat errores. Sꝫ ⁊ de phie p̄claris inſtitutis ꝑperā
loq̄t̄ ignarꝰ, ſicut de ptāte eccl'iaſtica, ⁊ de indulgētijs multa. Nec
tā peſtiferā doctrinā euomuiſſe ꝯtentꝰ, libꝝ inſup edidit, ſi titulo
credit̄, cui de captiuitate Babylonica nomē indidit, vſqꝫ adeo va
rijs reſperſum erroribꝰ, vt iure cū Alcharano ꝯferri mereat̄ Jn eo
ſiq̄dē extinctas hereſes ⁊ funditus extirpatas, q̄ꝝ ne veſtigia q̄dē
vlla reſtabāt, ſup his p̄ſertim q̄ ad ſacramēta eccl'ie ſpectāt, ſuſ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

citare, ac in lucē reuocare totis animi viribꝰ ꝯtēdit, Scriptor q̄-
cūqꝫ is eſt eccl'ię nimirū Chriſti hoſtꝭ ꝑnicioſus ⁊ antiq̄ꝝ blaſphe-
miaꝝ iſtaurator execrādꝰ. Bohemoꝝ, nāqꝫ Abligēſiū, Valdēſiū,
Heracleonitaꝝ, Pepucianoꝝ, Erianoꝝ, Lāpetianoꝝ, Iouiniani-
ſtarū, Artotyritarū, ceterorūqꝫ id genꝰ monſtroꝝ inſanię, ꝑ aucto-
rē in eodē ꝯprobāt libro, ꝯmendant, extollūt. Quare nr̄ę ꝓfeſſio-
nis eē agnoſcētes, hmōi pullulātibꝰ peſtiferis erroribꝰ magiſqꝫ ac
magis indies excreſcētibꝰ toto conatu obuiare. q̇d tandē nobꝭ de
hmōi doctrina viſum ſit, plane apire voluimꝰ, ⁊ noſtrā ſuꝑ ea ſen-
tētiā chriſtianis oībꝰ publicare, ne, qđ abſit, eliminata iā ꝓdē taꝫ
multiplex ipietas ꝯtū in nobis ē, vlteriꝰ ſerpat, ⁊ doctrina fallax
a patre mendacij exorta fidelē inficiat populū dei.

¶ Sollicitiꝰ itaqꝫ ꝑ nos examiata ac maturiꝰ vniuerſa doctria Lu-
theriano aſcripta noī, ⁊ ad plenū diſcuſſa, execrādis illam erroribꝰ
ſcatere certo dephēdimꝰ ⁊ iudicauimꝰ, ⁊ fidē potiſſimū ꝯtingētibꝰ
et mores. Quoqꝫ ſimplicis populi ſeductiua ſit, oībꝰ doctoribꝰ in-
iuria, poteſtati eccl'ię ⁊ ordini Hierarchico ipie derogatiua, apte
ſchiſmatica. ſacrę ſcripturę aduerſa, ⁊ eiꝰ deprauatiua, atqꝫ in ſpm̄
ſctm̄ blaſphema, ⁊ iō veluti reipublicę chr̄iane ꝑnicioſam cēſemꝰ
oīno exterminādā ac palā vltricibꝰ flāmis ꝯmittēdā. Auctorē vo
ad publicā abiuratōem modis oībꝰ iuridicis ꝯpellēdū

¶ Ut aūt id clariꝰ cūctis inoteſcat, aliq̄t ex ꝓfatis ſcriptꝭ excerp-
tas ꝓpōnes ordine q̄dā digeſſimꝰ, ⁊ noſtrā cuiqꝫ adiecimꝰ cēſu-
rā, patrū nr̄oꝝ morē imitati, q̇ alienꝰ vtiqꝫ nō eſt ab obſeruata per
ap'los lege definiēdi. Propoſito nāqꝫ de legaliū obſeruatōne dubio
q̇d ſentirēt ipi paucis explicuerūt rōnibꝰ (cur ita definirēt) nullis
ſcripto mādatis, quē modū q̄qꝫ decernēdi ſacra ꝯſueuerūt tenere
ꝯcilia. Materię vo ꝑ nos diſcuſſę hę ꝑſertim q̄s in ꝑn̄tiaꝝ edere
ꝯſtituimꝰ, ſm̄ ſuas inuicē ꝯnexiones ſequēti mōſtrant indice

¶ Index materiaꝝ ex varijs Lutheri libris excerp-
taꝝ ꝑ Theologię vniuerſitatis Pariſien. facultatē. Et ꝓmo ex li-
bro de captiuitate Babylonica.

De ſacramentis
De ꝯſtitutionibꝰ eccleſię
De operū ęq̄litate
De votis
De diuina eſſentia

¶ Materię ex alijs eiuſdē Lutheri libris excerptę.

De ꝯceptōe beatę ⁊ glioſę ꝟginis
De contritōe
De cōfeſſione
De abſolutione
De ſatiſfactōne
De accedentibꝰ ad Euchariſtiā
De certitudīe charitatꝭ habitę
De peccatis
De ꝓceptis
De ꝯſilijs euāgelicis
De purgatorio
De ꝯcilijs vniuerſalibꝰ eccleſię
De hereticoꝝ pęna
De legaliū ceſſatōe
De bello aduſus Turcas
De imunitate eccl'iaſticoꝝ
De libero arbitrio
De philoſophia ⁊ Theologia ſcholaſtica.

# Propoſitões ex libro Lutheri.

qui de Captiuitate Babylonica inſcribit̃, collectæ, et ꝑ Theologoꝝ Pariſieñ, facultatẽ dãnatę. Scribent̃ aũt ꝓpoſitiones ipſe maiuſculis, ⁊ cõdẽnatões minoribꝫ characteribꝫ.

## De Sacramentis.

Recens eſt inuentio ſacramentorum Propoſitõ prima.

Hęc ꝓpõ innuẽs recenter ab hoibꝫ inuẽta eẽ ſacramẽta ⁊ nõ a Chriſto inſtituta, eſt temeraria, impia, ⁊ manifeſte hęretica

Sacramentũ ordinis eccleſia Chriſti ignorat II

Hęc ꝓpoſitio eſt heretica, et ẽ error paupeꝝ de Lugduno, Albigenſium, et Uvicleuiſtaꝝ

Oẽs chriſtiani hñt eãdẽ ptãtẽ i ꝟbo & ſacro q̊cũqꝫ III

Claues eccleſię ſunt omnibus cõmunes IIII

Omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes V

Quelibet haꝝ triũ ꝓpõnũ ẽ ordinis Hierarchici deſtructiua ⁊ hęretica, ⁊ ẽ error p̄ſatoꝝ hereticoꝝ ſimul ⁊ Pepucianoꝝ

Confirmatio & extrema vnctio nõ ſunt ſacramẽ VI
ta a Chriſto inſtituta

Hęc ꝓpoſitio eſt hęretica, et ꝓ prima pte eſt error Albigẽſiũ et Uvicleuiſtaꝝ, ꝓ ſecũda vero Heracleonitarũ

Miſſa paſſim credit̃ eſſe ſacrificiũ quod offertur VII
deo, inde Chriſtus hoſtia altaris dicit̃. Sed Euãgeliũ nõ ſinit miſſam eſſe ſacrificiũ

Hęc ꝓpoſitio q̃ ad ſcdam ptẽ ſcꝫ Euãgeliũ ⁊c̃, eſt ĩpia, in ſacroſanctũ Euãgeliũ blaſphema ac hęretica, ꝓut vocabulo miſſa cũ Gregorio vtimur

Manifeſtus eſt error miſſam applicare ſeu offerre
ꝓ peccatis, ꝓ ſatiſfactõibus, ꝓ defunctis, aut qbuſ VIII
cunqꝫ neceſſitatibus ſuis aut alioꝝ

Hęc ꝓpõ ẽ in eccl'iam catholicã Chriſti ſpõſaꝫ cõtumelioſa, ⁊ hęretica, ⁊ ẽ Erianoꝝ, hęreticoꝝ, ⁊ Artotyritaꝝ erroribꝫ ꝯformis

Nõ eſt dubiũ vniuerſos hodie ſacerdotes & mo IX
nachos cũ epiſcopis & oĩbus ſuis maiorib⁹ eẽ idolatras in ſtatu periculoſiſſimo agẽtes, ob miſſę ſeu

ſacramẽti ignoratione̅, abuſione̅, & irriſione̅
Hæc ꝓpō eſt falſa, maxime ſcãdaloſa, vniuerſo eccl'iaſtico ſta
tui ꝯtumelioſa, arrogãter ꝛ ſtulte ꝓlata, Et in eo q̄d ꝑtẽdit nemi
ne̅ in ſtatu ſalutis eſſe niſi q̄ h̄moi erroꝛib' acq̄eſcit, cũ Donatiſta
rũ, Aſcitaꝝ, et Apoſtolicoꝝ ꝑfidia cõueniens, aſſerentiũ nõ niſi
apud ſe remãſiſſe eccleſiam dei

X Credo firmiter pane̅ ee̅ corp' Chriſti, ait Luther.
Hæc credulitas Lutheri ẽ abſurda, heretica, ꝛ olim damnata

XI Negare laicis vtrãq̄ʒ ſpecie̅ eſt impiũ & tyrãnicũ
Hęc ꝓpoſitio eſt erronea, ſchiſmatica, impia, et ex dãnato er-
roꝛe Bohemoꝛum elicita

XII Bohemi hæretici & ſchiſmatici nõ ſunt nominan-
di, ſed Romani
Hæc ꝓpoſitio eſt falſa, perfidię Bohemicę impie defenſiua,
et eccleſię Romanę contumelioſa

XIII Matrimoniũ nõ eſt ſacramentũ diuinitus inſtitu
tũ, ſed ab hominibus in eccleſia inuentũ
Hęc ꝓpoſitio eſt heretica, et olim damnata

XIIII. Coniunctio viri & mulieris tenet, quocunq̄ʒ mo
do cõtra leges hominũ contigerit

XV Debe̅t ſacerdotes ea oĩa matrimonia cõfirmare q̄
cõtra eccl'iaſticas vel põtificias leges fuerint cõtra
cta, in q̄bus Papa p̄t diſpẽſare, & q̄ nõ ſunt in ſcri
ptura ſacra expreſſæ
Utraq̄ʒ harũ ꝓpoſitionũ eſt falſa, eccleſiæ poteſtati impie de
rogatiua, et ex dãnato Ualdenſiũ erroꝛe ꝓcedẽs.

XVI Tota efficacia ſacramẽtoꝝ nouę legis ẽ ipſa fides.
Hęc ꝓpoſitio ẽ efficacie ſacramẽtoꝝ nouę legis impie deroga-
tiua et hæretica,

XVII Quicquid credim' nos accepturos ee̅, reuera acci
pim', q̄cq̄d agat, nõ agat, ſimulet aut iocet̄ miniſt.
Hęc propoſitio eſt abſurda, ex erroneo ſcripturę intellectu aſ
ſerta et heretica

XVIII Periculoſum immo falſum ẽ opinari pœnitẽtiam
eſſe ſecundã tabulã poſt naufragiũ
Hęc ꝓpoſitio eſt temeraria, erronee ac fatue aſſerta, ac beato
Hieronymo illam ponenti iniuria.

XIX Qui ſpõte confeſſus ſiue correptus veniã petierit

& emēdauerit corā quouis priuatim fratre, nō dubito a peccatis ſuis illū eſſe abſolutū

Hæc ꝓpō innuēs laicos tā viros q̄ȝ mulieres poteſtatē clauium habere, ē falſa, ſacramētis ordinis ⁊ pœnitētię cōtumelioſa, et hæretica, cū errore cōueniēs Ualdēſiū, et Quintillianorū

¶ De conſtitutionibus eccleſię

Neqȝ Papa neqȝ Epiſcop⁹ neqȝ vllus hoīm hȝ ius vni⁹ ſyllabę cōſtituēdę ſup chriſtianū hoīeȝ, niſi id fiat eiuſdē cōſenſu, & qcqd alit̄ fit, tyrānico ſpū fit. Propoſitō

Hęc ꝓpō eſt a debita ſubditoꝝ erga p̄latos ⁊ ſupiores ſubiectione ⁊ obedientia retractiua, legū poſitiuaꝝ ſeditioſe deſtructiua, ac in fide ⁊ morib⁹ erronea, ⁊ eſt error dānatus Ualdenſiū cū errore Erianorū conueniens.

¶ De operum æqualitate

Opera nihil ſunt coram deo, aut oīa ſunt æqualia, quantum ad meritum attinet Propoſitō

Hęc ꝓpoſitio eſt falſa, ſacris eloquijs aduerſa, atqȝ errori Iouinianiſtarum conformis

¶ De Votis

Suadendū vt vota prorſus oīa tollant̄, aut vitētur. Propō. I.

Hęc ꝓpō ē Chriſti doctrinę ⁊ ſanctoꝝ patrū obſeruatōni q̄ vouere cōſulūt, cōtraria, ex errore ꝓcedēs Laperianoꝝ Uvicleuiſtarū, ⁊ eoꝝ q̄ ſe iactabāt de ordine apoſtoloꝝ

Probabile eſt vota hodie non valere niſi ad operum iactantiam & preſumptionem II

Hęc ꝓpoſitio eſt falſa, ſtatui religionis contumelioſa, ⁊ p̄ſatis erroribꝰ conſona

¶ De diuina eēntia & forma corporis humani.

Iſtis nouiſſimis trecētis ānis multa ꝑperā determinata ſunt, q̄le ē eſſentiā diuinā nec generari nec generare, & aīam eē formā ſubſtātialē corꝑis hūani. Propō

Hęc ꝓpoſitio eſt falſa, ab hoīe q̄ alienus eſt a catholica eccleſia arrogāter aſſerta, ac ſacris cōcilijs generalibꝰ iniuria

## Propoſitiones excerptę ex alijs Lutheri libris dānatę, vt p̄miſſum eſt

Propō ¶ Et primo de Cōceptōe beatę Marię v̓ginis.

Contradictoria huius ꝑpoſitionis, beata virgo ē cōcepta ſine peccato originali, nō eſt reprobata.

Hęc ꝑpoſitio eſt falſa, ignorāter, ꝛ impie cōtra honorē immaculate virginis aſſerta.

¶ De contritōe, & ĳs quę eam pręcedunt

Propō prima. Lege manifeſtata aut in memoriā reuocata mox ſequitur augmentū peccati ſi gratia deſit

Hęc propoſitio loquēdo de gratia gratū faciēte, eſt falſa, a recta ſacre ſcripturę intelligentia aliena, ꝛ a meditatione diuinę legis retractiua.

II Lex ante charitatē non operatur, niſi iram & auget peccatum

Hęc ꝑpō eſt falſa, piarū auriū offenſiua, in deū et eius legem blaſphema, nec intētioni Pauli cōformis.

III Opera quęcunqꝫ ante charitatem ſunt peccata & damnabilia & indiſponentia ad gratiam

Hęc ꝑpō eſt falſa, temerarie aſſerta, peccatorū ab emēdatōe retractiua, et ſapiens hereſim

IIII Qui bonum opus aut penitētiā peccatorꝫ deteſtatione ante dilectionē iuſtitię incipi, nec in eo peccari aſſerit, inter Pelagianos numerādus eſt.

Hęc ꝑpō eſt falſa, et ignorāter aſſerta, capiēdo dilectōeꝫ iuſticię ꝑea q̄ charitatē ſeu gratiā gratū faciētē ſequitur

V Cōtritio quę parat̄ per diſcuſſionē, collectionē & deteſtationē peccatorꝫ, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animę ſuę, pōderādo peccatorū grauitatē, multitudinē, fœditatē, amiſſionē ęternę btītudinis, ac ęternę dānatōis acqſitōnem, hęc inquā cōtritio facit hypocritā, īmo magis pctōrē

Hęc ꝑpō eſt falſa, vię ad pœnitētiā impediua ſcripturis ſacris, et doctrine ſanctorū difformis.

VI Necqꝫ timore necqꝫ amore poteſt homo ſe erigere ad capeſſendam gratiam dei

Hęc propoſitio eſt in fide ꝛ moribus erronea, oēm pręparationem ad pœnitentiam impie auferens

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sine gratia primo remittēte culpā, nec votum re- VII
miſſionis quærendæ homo poteſt habere.

Hęc ꝓpō ē falſa, impia, ꝛ pctōꝝ ad deſperationē inductiua.

Chriſtus nunꝙ pctōres coegit timore ad peniam. VIII

Hæc propoſitio capiendo cogere ꝓ inducere, ſicut capit̃ freq̄n
ter in ſcriptura ſacra, eſt hęretica.

Bonus ē timor & vtilis licet ſit inſufficiēs ꝑ quē pau IX
latim fit conſuetudo iuſtitiæ. De his v̾bis Auguſti
ni ſeq̄t̃ iudiciū Lutheri hoc ē (inq̄t) meo iudicio cō
ſuetudo deſꝑandi & odiēdi deū ſi excludat̃ grā.

Judicium Lutheri de illo dicto Auguſtini. Bon⁹ eſt timor ꝛc.
eſt falſum, temerariū, ꝛ impiū, accipiendo gratiam, vt ſupra, ꝓ
gratia gratum faciente ſicut eam accipit ſcriptor.

Si Ioānes. ſ. Baptiſta timorē docuiſſet eē initiū pe- X
nitētię, nō iō ſequit̃ pœnitētiā incipere a timore.

Hęc propoſitio eſt manifeſte erronea, in Chr̄m ꝛ in ſpiratam
precurſoris eius doctrinam contumelioſa.

## De Confeſſione.

Ars cōfitendi qua hucuſꝙ docti ſumus arenā nu- Propoſitē prima.
merare, ſinglā pctā diſcurrere, colligere, atꝙ pōde
rare ad faciendā cōtritionē, eſt ars inutilis, imo ars
deſperandi & perdendi animas

Hęc ꝓpoſitio ē falſa, impia, ſchiſmatica, ꝛ cōfeſſiōi, quę eſt ars
lucrandi animas, iniuria.

Confeſſio illa q̄ nunc agit̃ occulte in aurē, nullo p̄t II
diuino iure probari, nec ita fiebat primitus.

Huius ꝓpoſitiōis prima ps eſt falſa, ꝛ ex ignorātia iuris diui
ni aſſerta Secunda eſt temerarie poſita.

Spiritualis defectus eſt ſoli deo aperiendus. III

Si oportet cōfiteri occulta cordis, tantū ea quæ ple IIII
ni ſunt cōſenſus in opus, hoīes debēt cōfiteri.

Peccata cōtra duo vltima p̄cepta decalogi cōmiſ- V
ſa, ſunt prorſus a confeſſione ſecludēda.

Quęlibet harꝝ trium ꝓpoſitionum eſt in fide erronea ꝛ impie cō
feſſionem dimidians.

Null o mō p̄ſumat hō confiteri peccata venialia.

Hęc diſſuaſio, innuēs p̄ſumptōis eē cofiteri pctā venalia, ę te VI

merarij animi īdicatiua, ab opꝫ bono retractiua, ⁊ ideo ꝑniciosa.

VII Non iuſticamur oꝑibus, neqꝫ pœnitentijs aut confeſſionibus.

Hec ꝓpō loquēdo de operibꝰ bonis fidem mediatoris nō excludentibus, eſt erronea, pœnitētię ⁊ confeſſionis cōtemptiua, ⁊ ſane diuine ſcripture intelligentie aduerſa.

## ¶ De Abſolutione.

Propoſitō I Abſolutio eſt efficax, nō quia fit, a quocūqꝫ tandē fiat, erret, ſiue non erret, ſed quia credit̄.

II Crede fortiter te eē abſolutum, & abſolutus vere eris, quicquid ſit de tua contritione.

III Eſto ꝑ impoſſibile ꝙ confeſſus nō ſit cōtritus, aut ꝙ ſacerdos nō ſerio, ſed ioco abſoluat, ſi tn̄ credat ſe eſſe abſolutum, veriſſime eſt abſolutus.

He tres ꝓpōnes ad ſenſuꝫ ſcriptorꝫ ſunt falſę, īpię, ignorāter ⁊ difformit̄ ad ſanā ſacrę ſcripturę ītelligētiā aſſertę. Et ī hoc qđ đr, a ꝗcūqꝫ tādē fiat, erret, ſiue nō erret, ⁊ in eo qđ ſubdit̄, nō ſerio, ſed ioco abſoluat, ſunt piaꝝ auriū offenſiuę, ſacri pœnitētię irriſorię, ⁊ cōciliorꝝ generaliū determinatiōibus cōtrarię.

IIII. Quilibet ſacerdos debet abſoluere a pœna & culpa, aut peccat.

Hœc ꝓpō ad ſenſuꝫ ſcribētꝫ ē falſa, obſeruatōis ⁊ doctrinę vniuerſalis eccl'ię ī his ꝗ cōcernūt ſacr̄m pœnitētię cōtraria.

## ¶ De Satisfactione.

Propō. I. Pctā deꝰ & ſꝑ & gratis remittit atqꝫ cōdonat nihil a nobis īuicē regrēs qꝫ vt in poſterꝝ bn̄ viuamus.

Hec ꝓpō ē a ſnīa ſctōꝝ doctoꝝ aliena, fideles, vana ⁊ ſtulta cōfidētia, a debita ſatisfactōe ꝓ pctīs retrahēs, ⁊ heretica

II Snīa eſt Apoſtoli pœnam & culpam ſimul finiri.

III De īduſtria damnat ꝓpheta ſnīam ꝓbātiū ſatisfactionē, dicēs. Quoniā ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſem, holocauſtis non delectaberis.

IIII Irridet Michæas ꝓpheta eos qui ꝑ oꝑa ſatisfacere volunt.

Prima haꝝ ꝓpōnū ē in Paulū. Scđa in ꝓphetā. Tertia ī Micheā cōtumelioſa, ⁊ oēs falſę, īpię, ⁊ in ſpm̄ ſctm̄ blaſphœmę.

Virtute clauiũ iactãt qdã ſolui pœnas p diuinã iu V
ſtitiã requiſitas, q̃d nõ credo verꝫ nec ꝓbabit̃.

Hec ꝓpõ q̃ negat ỽtute clauiũ penas p diuinã iuſtitiã reqſitas ſolui, ẽ falſa ſcãdaloſa, ꝓtãti clauiũ derogatiua ⁊ in hoc ꝙ d̃t qd nõ credo verũ, nec ꝓbabit̃, ẽ animi temerarij ĩdicatiua ⁊ arrogãtis.

Cõmentũ & futile cauillũ ẽ dicere q̃d dicũt qdam VI
quia ſacerdos ignorat mẽſurã cõtritõis abſoluẽdi
ideoq; forte nõ ĩponit tãtã ſatisfactionẽ q̃tã diuĩa
iuſtitia reqrit, ꝙ ꝓpterea neceſſe ſit diuinæ iuſtitiæ
ſatisfieri vel ꝓprio ope vel indulgentijs.

Hec ꝓpoſitio eſt falſa ritui eccleſię ⁊ eius doctrinę aduerſa, ⁊ pœnitentialis ſatisfactionis eneruatiua.

Pœna qua deus vult peccatum puniri nõ p̃t auſer VII
ri p hominem vel p Papam.

Hec ꝓpõ eſt auctoritati eccleſię a Chriſto cõceſſę impie ⁊ ſchiſmatice cõtraueniens, ⁊ ſapiens hereſim.

## Huic materiæ annectit̃ vna ꝓpoſitio de Sacramẽtis in genere.

Hæretica ſnĩa eſt q̃ ſacr̃a nouæ legis gr̃am iuſtificã VIII
tẽ dare dicunt̃ illis q nõ ponũt obicẽ, cũ ſit ĩpoſſibi
le ſacr̃m conferri niſi iã credẽtibus & dignis.

Hec ꝓpoſitio eſt falſa, temeraria, ⁊ pſumptuoſe aſſerta.

## De accedẽtibus ad Euchariſtiam.

Magnus & pniciosus error eſt, ſi quis accedat ad Propõ. I.
ſacramẽtum Euchariſtiæ ea nixus fiducia ꝙ confeſ
ſus eſt ꝙ non ſibi conſcius mortalis peccati, ꝙ ora
tiones & præparatoria ſua præmiſerit, omnes hi iu
dicium ſibi manducant & bibunt.

Hec ꝓpõ ẽ ĩpia, a debita ſacramẽti ſuſcipiẽdi p̃paratiõe marie retractiua, ad deſperationẽ ĩducẽs ⁊ doctrinę Pauli cõtraria, nec fideles ea nixi fiducia ſecludũt diuinã miſericordiam.

Probatio qua homo peccata ſua diſcutit, atq; pon II
derat, non pertinet niſi ad inſenſatos & craſſos ſa
cramenti contemptores.

Hec ꝓpõ ẽ temerarie, ⁊ arrogãter aſſerta, ĩpia, ⁊ ſcandaloſa.

Propoſitō prima.

## ¶ De Certitudine charitatis habitæ.

Peſſime docēt theologi, quando dicunt, nos neſci re quando ſumus in charitate.

Hęc ꝓpō, ītelligēdo neſcire de certitudīe fidei, de q̄ loq̄t ſcribēs eſt falſa, ſacris doctoribꝫ diſſona, ⁊ ſanę intelligētię ſcripturę.

II Caueat om̄is chriſtianus ne vnq̄ꝫ īcertꝰ ſit, an deo placeant opera ſua, qui em̄ ſic dubitat, peccat & perdit opera ſua cuncta, fruſtraq̄ꝫ laborat.

Huiuſmodi cōſiliū, loquendo de certitudine vt ſupra, ē temerarium, ꝑniciosum, ⁊ ſacris eloquijs difforme.

Propoſitō prima.

## ¶ De Peccatis.

Iuſtus, in omni bono opere peccat.

II Om̄e opus bonū optime factū, eſt pctm̄ veniale.

Vtraq̄ꝫ harꝫ propoſitionū eſt falſa, piarꝫ auriū offenſiua, ac bonorum operum infamatiua.

III Q̄ꝫ non om̄i tp̄e ꝑnitemꝰ, & reſipiſcimus vitiū eſt.

Hęc ꝓpoſitio, vt vitiū dicit culpā ad ſenſuꝫ ſcribētis ē falſa irrationabiliter, ⁊ ex erroneo ſcripturę intellectu aſſerta.

IIII Hoc ē mortaliū mortaliſſimū nō credere ſe eē damnabili & mortali pctō obnoxiū corā deo.

Hęc ꝓpō ē falſa, ipia, deſperatiōis inductiua, ⁊ ſapiēs hæreſim.

V Theologi docētes regula ſua venialia pctā eē diſtīcta a mortalibus ad inſaniam ꝑditiſſime nitunt̄ trahere hominum conſcientias.

Hæc ꝓpō ē ſtulte ⁊ p̄ſumptuoſe aſſerta, ſacris doctoribꝫ iniuria ⁊ in quātū p̄tēdit venialia nō diſtingui a mortalibꝫ, ē hęretica.

## ¶ De præceptis.

Propō. I. Qui negat deū nobis īpoſſibile iuſſiſſe, peſſime facit, & q̄ hoc falſum eē dicit, pluſq̄ꝫ peſſime facit.

Hęc ꝓpoſitio eſt ſcādaloſa, impia, legis Chriſtianę īfamatiua, ac auctore Auguſtino in deum blaſphœma.

II Sola duo vltīa decalogi p̄cepta ſūt, q̄ a nullo q̄ꝫtūlibet ſctō aliq̄ mō īplent̄, cætera oīa īplēt. Sed in his duobus manēt rei & pctōres, q̄a nihil de iſtis īplēt.

Hæc ꝓpoſitio eſt erronea, impia, in legem ⁊ legiſlatorē blaſphema ⁊ in ſanctos contumelioſa.

III Om̄e p̄ceptū dei magis poſitū ē vt oſ̄dat p̄teritū,

& pſens pctm̄, q̄ȝ vt futurū ꝓhibeat, ſiqdē iuxta Apl'm, Per legē nihil niſi cognitio peccati

Hui⁹ ꝓpōnis prima ps eſt falſa, temeraric ⁊ ſine rōne aſſerta, Secūda vō q̄ iuxta apl'm p legem ⁊c. eſt erronea, legi intentioni q̄ʒ Pauli contraria.

Quia hoī charitatē hn̄ti nulla lex necāria eſt, iō p hoc p̄ceptū, Sabbata ſctifices, nō op⁹ p̄cipit̄ ſʒ qes IIII.

Iſtud p̄ceptū tertiū Sabbata ſanctifices, ceſſauit ꝓprie, imo oīa quo ad pfectos Chriſtianos, quia iuſto nō eſt lex poſita. V

Infirmis q nōdū ſunt mortificati ſcd̄m veterē hominē, op⁹ ē vt certis officijs, dieb⁹, modis occupēt̄ vigilijs, ieiunijs, orōnib⁹, diſciplinis, & ſil'ib⁹, qbus pueniāt ad pfectū interioris hoīs, vt vbi corp⁹ fuerit caſtigatū, & in ſeruitutē fuerit redactū, & mortificatę paſſiones, tū ipa ceſſent paulatim, & tantū minuant̄ q̄ʒtū ꝓfecerit interior hō, adeo vt ſi pfect⁹ fuerit illa oīno ceſſare debeant. VI.

Quelibet harū triū ꝓpoſitionū p̄cedentiū, eſt ex erroneo ſcripturę intellectu aſſerta, iure in cōcilio Vienneſi contra Begardos reprobata ⁊ heretica.

¶ De cōſilijs euangelicis.

Illud v̄bū Chriſti, Matthei. v. Qui te pcuſſerit in maxillā dextrā &c. Et illud ad Romanos. xij. Nō vos defendētes chariſſimi &c. nō ſunt cōſilia, ſicut etiā mlti Theologi errare videt̄, ſed p̄ceptū. Propō. I.

Hec ꝓpoſitio eſt falſa, legis Chriſtianę nimiū oneratiua, ⁊ ſanę intelligentię ſcripturę aduerſa.

Reqrere corā iudice de iniuria repatōnem Chriſtianis ꝓhibitū eſt. II

Hec ꝓpō eſt falſa, ſcādaloſa, iuri diuino naturaliq̄ʒ diſſona

Quia Chriſtianus tēporalia nō debet amare, ideo ꝓpter ea nō debet iurare. III.

Hec ꝓpō eſt in morib⁹ erronea, ⁊ ſapiēs hereſim.

Iudeis ad libitū verū iurare eſt pmiſſum IIII

Hec ꝓpoſitio ſi intelligat̄ pmiſſum tāq̄ʒ licitū, falſa eſt diui-

no p̄cepto aduerſa,⁊ antiquus error iudeoꝝ.

## ℂ De purgatorio

Propoſitō prima. Scriptura diuīa tota ꝓrſus nihil hꝫ de purgatorio

Hec ꝓpō eſt falſa. Ual denſiū errorē maxime fouēs, ac ſctōrum patrū ſententię repugnās.

II Nō videt̃ ꝓbatū eſſe ꝙ aīę in purgatorio ſunt extra ſtatū meriti, ſeu augende charitatis

Hec ꝓpō eſt falſa, temerarie ⁊ ipie aſſerta, ⁊ i h̄ qđ p̄tēdit aīas in purgatorio nō eſſe extra ſtatum meriti, ſeu augēde charitatis et in fide erronea

III Nō videt̃ ꝓbatū eſſe ꝙ ipę aīę in purgatorio ſint de ſua beatitudine certę & ſecurę, ſaltē omnes

Hec ꝓpō eſt falſa, ⁊ p̄ſūmptuoſe aſſerta, ⁊ in hoc qđ p̄tendit aīas purgatorij nō eſſe certas de ſua beatitudine, eſt traditōni eccleſię ⁊ doctrinę ſanctoꝝ ꝯtraria.

IIII Aīę in purgatorio peccāt ſine intermiſſione q̄ꝫdiu horrēt penas & petūt requiē, quia q̄runt quę ſua ſunt pluſq̄ꝫ volūtatē dei, qđ ē cōtra charitatē

Hec ꝓpō ē falſa, ipia, purgādis aīabꝰ iniuria ⁊ heretica

V. Imꝑfecta ſanitas ſeu charitas morituri nec̃ario ſecū fert magnū timorē, tantoq̄ꝫ maiorē q̄ꝫto minor

VI Pœna purgatorij eſt pauor & horror (fuerit ipa damnationis & inferni.

Utraq̄ꝫ haꝝ ꝓpōnū ē falſa, temerarie, ⁊ ſine rōne poſita

VII Probabile eſt aīas purgatorij p̄ cōfuſione neſcire q̊ ſtatu ſint, dānatę an ſaluatę, īmo ſibi videt̃ iā ire in damnatōem & deſcendere in lacū.

VIII. Aie ī purgatorio nihil aliud ſentiūt q̄ꝫ īcipe ſuā dānationē, niſi ꝙ ſētiūt nōdū clauſaꝫ pꝰ ſe portā īferi

Utraq̄ꝫ haꝝ ꝓpōnū ē falſa, piaꝝ auriū offenſiua, volūtate ⁊ irrōnabil'r poſita. ⁊ ſtatui aīaꝝ purgatorij iniurioſa.

IX Oēs aīę in purgatoriū deſcendētes ſunt īꝑfectę fidei ſeu ſanitatis, īmo ꝑ q̄ꝫtācūq̄ꝫ ablatōem pœnaꝝ nō eēnt ſanę niſi prius ab eis auferat̃ pctm̄, id eſt īꝑfectio fidei, ſpei, & charitatis.

Hec ꝓpō q̄ꝫtū ad oēs ꝑtes eſt falſa, ⁊ temerarie aſſerta, ac ſanę ſcripturaꝝ intelligentię diſſona.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ¶ De cōcilijs generalibus

Via iā nobis facta ē eneruādi auctoritatē cōciliorꝫ Propō.I.
et libere cōtradicēdi eorꝫ geſtis ac decreta iudicādi

Hec ꝓpō, ſi velit ſcriptor, licitū eē cupiā ꝯſilij legitimi auctati ꝯdicere in ijs q̄ fidē ⁊ mores ꝯcernūt, eſt ſchiſmatica ⁊ heretica.

Certū eſt īter articulos Ioānis Hus vł Bohemorꝫ II
multos eſſe plane chriſtianiſſimos & euangelicos,
q̊s nō poſſit vlis eccleſia damnare.

Hec ꝓpō loquēdo de articulis ꝯdēnatis, de q̇bꝫ intēdit ſcriptor, eſt falſa, impia, ⁊ ſacris ꝯcilijs iniuria

Iſti duo articuli, vnica ē ſctā vlis eccl'ia q̄ eſt p̄deſti III
natorꝫ vniuerſitas, & vlis ſctā eccl'ia tm̄ eſt vna ſi-
cut tm̄ eſt vnꝰ nūerus p̄deſtinatorꝫ, nō ſunt Ioānis
Hus, ſed Auguſtini ſup Ioānem

Hec ꝓpō, ad Huſſitarꝫ intelligentiā, eſt falſo, Auguſtino attributa, articuli autē loquēdo de eccl'ia militante, de q̄ ibi fit ſermo, ſunt ꝓpoſitiones heretice.

Iſte articulꝰ, due nature diuinitas & hūanitas ſunt IIII
vnꝰ Chriſtꝰ, ē a catholicis cōcedēdꝰ, Et ſilr ille, diui
ſio humanorꝫ operꝫ eſt ꝙ ſunt virtuoſa vł vitioſa
qa ſi hō eſt vitioſus, & agit qcꝗꝫ, vitioſe agit, & ſi
eſt virtuoſus & agit quicꝗꝫ, virtuoſe agit.

Hec ꝓpō ē falſa, ⁊ ex ignorātia vere theologie aſſerta, p̄mꝰ āt illorꝫ articulorꝫ, ſcꝫ due nature ⁊c. ē ꝓpō heretica, Scd's vo, ſcꝫ diuiſio humanorꝫ operꝫ ⁊c. eſt ꝓpō ſapiens hereſim.

## ¶ De Spe

Propō

Spes nō prouenit ex meritis.

Hec ꝓpō ē falſa, p̄ſumptōis īductiua, ac ſacris ſcḗpturis diffoꝛmis

## ¶ De pœna hereticorꝫ.

Hereticos cōburi eſt cōtra volūtatem ſpūs. Propō

Hec ꝓpō eſt falſa, ꝯtra volūtatē ſpūs diuini aſſerta ⁊ errori Catharorū ⁊ Valdenſiū conſona.

## ¶ De obſeruatione legaliū

Licet opera legis q̄cūꝗꝫ fieri ſi ea requirat charitas Propō.
fraterna mō non lege cogente, q̊ caſu licet etiā m ō
ercūcidi ſine periculo, & cū multo merito.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hec ꝓpō ē chriſtiane legi inimica, iudaice ꝑfidie fauēs ꝛ heretica

## ¶ De bello cōtra Turcas.

Propoſitō Preliari aduerſus Turcas eſt repugnare deo viſitā ti iniquitates noſtras ꝑ illos.

Hec ꝓpō vl'r intellecta, eſt falſa, nec ſacris eloquijs ꝯformis.

## ¶ De im̄unitate eccl'iaſticoꝝ

Propō Si Impator vel Principes reuocēt libertatē datā ꝑ ſonis & rebus eccleſiaſticorū, non p̄t eis reſiſti ſine peccato & impietate.

Hec ꝓpō eſt falſa, ipia, ſchiſmatica, libertatis eccl'iaſtice eneruatiua, ac ipietatis tyrānice excitatiua ꝛ nutritiua.

## ¶ De libero arbitrio.

Propō. I. Liberū arbitriū nō eſt dn̄s actuū ſuorū

Hec ꝓpō eſt falſa, ſacris doctoribꝫ, ac om̄i doctrine morali aduerſa, cū Manicheoꝝ errore ꝯueniēs, ac heretica.

II Fruſtra garriunt ſophiſte actū bonū eſſe totum a deo, ſed nō totaliter

Hec ꝓpō eſt ſctis doctoribꝫ eā ponētibꝫ iniuria, Ambroſio potiſſimū, Auguſtino, ꝛ Bernado, q̄s hic ſophiſtas appellat, ꝛ q̄tū ad id qd̄ p̄dit actū bonū ēē totaliter a deo, ꝛ nullo mō a libero arbitrio, eſt heretica.

III Liberū arbitriū dū facit qd̄ in ſe ē, peccat mortal'r

Hec ꝓpō eſt ſcādaloſa, impia, in fide, ꝛ moribꝫ erronea.

IIII. Liberꝝ arbitriū an̄ grām nihil valet niſi ad peccādū, nō āt ad pœnitēdū, ex Auguſtīo de ſpū & lr̄a

Hec ꝓpō accipiēdo grām ꝓ grā gratū faciēte, de q̄ loq̄t̄ ſcriptor, eſt erronea, errori Manicheoꝝ cōformis, ac ſacris eloquijs aliena, ꝑuerſe ꝛ trūcate ex Auguſtino allegata

V. Liberū arbitriū ſine grā tāto magis apꝑpinq̄t iniq̄tati q̄to forti⁹ intēderit actiōi, ex Ambroſio

Hec ꝓpō accipiēdo graꝫ vt ꝑus, ē falſa, piarū aurū offenſiua a bonis opibꝫ retrahēs, iniq̄ ꝛ mutilate ex Ambroſio excerpta.

## ¶ De Philoſophia & Theologia ſcholaſtica

Propō. I. Phia Ariſto. de v̄tute morali, de obiecto, de actu elicito talis eſt q̄ nec ī populo doceri poſſit, nec eſt ad ſcripture intelligentiā vtilis, q̄a cōtinet dūtaxat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Porte̅ta v̉boꝝ non niſi ad cõte̅tões v̉boꝝ cõſicta.

Hec ꝓpoſitio quantũ ad oẽs ſuas partes, loque̅do de philoſophia Ariſtotelis, in his maxime in q̇bꝰ a fide nõ diſcedit, ē falſa, & tanq̃ ab inimico ſcię arroganter ac inſipienter aſſerta.

Om̄es virtutes morales & ſcie̅tiæ ſpeculatiuæ non ſunt verę virtutes & ſcie̅tiæ, ſed peccata & errores. II

Hęc ꝓpõ quantũ ad primã parte̅ ꝙ virtutes morales ſũt peccata, eſt eode̅ modo qualificanda, ſicut prius fuit illa qualificata, Opera q̄cũq; añ charitate̅ ſunt peccata. Quantũ ãt ad alterã, ꝙ ſcʒ ſcię ſpeculatiuę ſunt errores, ē manifeſte falſa.

Theologia ſcolaſtica ē falſa ſcp̄turę & ſacroꝝ ītelli ge̅tia & exule̅ nobis fecit verã & ſyncerã theologiã III

Hec propoſitio eſt falſa, temerarie & ſuperbe aſſerta, ac ſanę doctrinę inimica.

In ſermõibus Ioãnis Tanleri lĩgua teutonica cõſcriptis plꝰ repio, dicit Luther, theologię ſolidę & ſyncere q̃ ī vniuerſis oīm vniuerſitatũ ſcholaſticis doctoribꝰ reptũ ē, aut repiri poſſit ī oībꝰ ſuis ſe̅te̅tijs. IIII.

Propoſitio quam Luther aſſerit, eſt manifeſte temeraria.

Quo tp̄e cępit theologia ſcholaſtica, id eſt, illuſoria eodem euacuata eſt theologia crucis, ſunt q; oīa plane peruerſa. V.

Hec propoſitio ē falſa, ꝓſumptuoſe, & irrationabiliter aſſerta, & errori Bohemoꝝ damnato vicina.

Libidĩne̅ corrũpe̅dæ ſcp̄turæ iã ferme trece̅tis ãnis patit̄ eccl̄ia īcõꝑabili dãno ſuo a doctoribꝰ ſchola. VI

Hec propoſitio eſt falſa, ſtulte & malitioſe aſſerta.

Theologi ſcholaſtici Ariſtotelis moralia, ꝓrſus cõuenire me̅titi ſunt cũ Chr̄i Paulicꝫ doctrina. VII

Hac ꝓpõne impude̅ter, & falſo theologis ſcholaſticis imponit ſcriptor, qđ nõ eſt veꝝ, q̄q̃ ſatis exploratũ ſit in mltis moralia. Ariſtotelis, cũ Chriſti Paulicꝫ doctrina conſentire.

¶ Addit̄ & hęc ex lib. de Captiuitate Babylo.

In Dionyſio, q ſcripſit de cœleſti Hierarchia, nihil ferme ē ſolidę eruditõis. Et oīa ſũt illiꝰ meditata ī ꝑ Lutheri fato lib. ac ſomnijs, ꝓpe ſimillima. In theologia aũt miſtica ꝑnicioſiſſimꝰ ē, Platonizãs magis q̃ Chr̄ia Propoſit̄

nizās, in eccl'aſtica vo Hierarchia ludit allegorijs, q̊d eſt ocioſorꝝ hominū ſtudium.

Hec ꝓpō eſt falſa, temerarie ꝛ arrogāter aſſerta, ac viro ſctō inſigni eruditiōe claro iniuria, quē Damaſcen⁹ diuinū Areopagitā, Pauli diſcipulū ſacerrimū ꝛ deiloquentiſſimū appellat.

# CONCLVSIO.

Nos p̄fati decan⁹ ꝛ facultas p̄miſſa hec oīa tpe mlto examinauim⁹, ꝛ q̊d de his ſentirēt eccl'iaſtici doctores, q̊d ve ſacra cōcilia, q̊d īſup in ſcripturꝭ ſctis caueret, diligēter annotauim⁹ poſt q̄ examē nrm apd Sarbonā ſepi⁹ freq̄ntatū, i plerisq; nris p iuramētū vocatꝭ ꝛ factꝭ cōcionib⁹ vnanimi oīm voto fuerūt concluſa, ac definita, ac demū ex abūdāti in gn̄ali nr̄a cōgregatōe apd ſanctū Mathurinū rurſus p iuramētū ſup his ſpecialiter denunciata, hec eadē poſt miſſam more nr̄o celebratā, iterꝝ cōcordi oīm aſſenſu laudauimus, cōprobauimus, ac rata habuim⁹, laudam⁹, cōprobam⁹, ꝛ rata habem⁹, ꝛ vt talia incōcuſſe tenēda nr̄a ſentētia diffinimus, ꝛ decernimus. Acta fuerūt hec Anno ab incarnatōe dn̄i. M. D. XXj. die. xv. Aprilis, in q̄rū teſtimoniū ijs iſtrumētis q̄ in Archiuis ꝛ ſcrinijs nr̄is ad ppetuā rei memoriā reſeruamus Sigillū nrm duximus apponēdū. Ad quorꝝ exēplar de mādato nr̄o p̄ſentes fuiſſe fideliter impreſſas teſtamur

¶ Finit determinatio Pariſienſiū ſacrę Theologiæ doctorum ſupra doctrina Lutheriana, vt Eſdra tandem auctore iuſto iudice vincat veritas.

# SEQVITVR APPENDIX.

¶ Frater Paulus Hiſpanus Mgr̄o Iacobo de Hochſtraten artium ac ſacre theologie profeſſori egregio ꝛ heretice prauitatis inquiſitori equiſſimo atq; integerrimo prī ſuo ac Preceptori S. D. P.

Niſi me animus fallit venerabilis atq; eximie mgr̄. haud exigua q̄n magis exitialis q̄ dā p Martinū Lutherꝝ hiſce nr̄is dieb⁹ exorta

videt̄ ꝑtentio q̄ nō parꝝ obfuit eccl'ie dei. Emanarāt eodē annis ꝑcedētibꝫ indulgētie papales ad ſalutē dare animarꝫ. quarꝫ liberiore (vt ipſe ait) ꝓmulgatiōe offenſus. in ſyrtim (vt mihi videt̄) atqꝫ charybdim icidit. Faciunt em̄ pleriqꝫ vt nimis oīa intelligēdo nihil intelligāt. Ubi em̄ indulgētias ſacratiſſimas ſola negatōe criminari nō collibuit. iuit rē ad ſcripturas. ad ſatiſfactiones. ad ſctōꝝ merita. atqꝫ ad id genus alia. Petm̄ cōmiſſum aduertimus. Uerꝫ qbus apicibus detrimentum allatū ſit. ad numerꝫ nō ſatis tenemus. Te igit̄ iudice. te mgr̄o. te doctore. cōmonſtrari mihi vellē vbi ſit huic rei nodus. quot q̄les q̄tosqꝫ ex vno veniarꝫ fundamento ꝑpererit errores. Ita enim fiet vt ⁊ in dicendo fiā cautior. ⁊ in reſoluendo potentior. In quo ſi filio tuo morem gerere dignaberis. efficies. vt illuꝫ cuiuſqꝫ ſeruitij audacter moneas ⁊ familiariter. Uale nr̄i Predicatorꝫ ordinis decus inſigne Ex Brugis. Anno dn̄i M. D. xx. kal. Nouēbribꝫ.

¶ Frater Jacobus de Hochſtraten. fratri Paulo Hiſpano ſuo S. P. D.

Accepi literas tuas frater optime. Scripſiſti enim proleꝫ. Et quod mea ſponte quādoqꝫ per ocium facturus erā. nunc induxiſti animū meum vt facerem. Indulgentias ſi (vt feciſti) inſpectes. inuenies ex illis ipſis huiuſce turbe prauiqꝫ tumultus cām prorupiſſe. Hic ſolus ſcrupulus eſt. qui Lutherꝫ tā male ab inicio habuit. Quia igit̄ latius ꝓgreſſus eſt q̄ par ſit. ſatis eſſe ratus ſum. ſi exhibeam nunc ſolum quod petiſti. Prima itaqꝫ rerꝫ capita. hoc eſt vndecim primos duntaxat errores ipſiꝰ Martini Lutheri (quibus inicio. totā Chriſtianā Rempu. cōturbauit) pauciſſimis attingam reliquos ipſius errores vna cum iſtis ī toto noſtro opere quod nunc in manibus noſtris eſt. multo exactius ad vnguem impugnaturus Illos enim errores vndecim qui ſequunt̄ aliosqꝫ conſimiles ob id ſolum a Luthero confictos atqꝫ excogitatos putamus vt indulgētie ipſe apoſtolice ab alijs ſatis defenſe vileſcerēt nihilqꝫ apud chriſtianos haberent auctoritatis. Uerꝫ plus equo in celum os ponere. mihi viri boni ⁊ Chriſtiani hominis officium minus eſſe videt̄. Si de quibuſdā exceſſibus ſiue abuſibus (ſi qui ſunt) prudēter pro ſuo officio ſcripſiſſet. ⁊ ſacroſanctā eccleſie maieſtatem eiuſqꝫ ſacramenta apertiſſimis ſuis hereſibꝫ nō maculaſſēt. tanta in eccleſia dei ſcādala his noſtris temporibus exorta nō fuiſſent. Aliud eſt enim eccleſiam. aliud homines offendere. ⁊c̄.

¶ Nūc itaqꝫ ad rē ipſaꝫ venio. tali tn̄ preſtatōe. q̄ oīa copioſius atqꝫ latius in noſtro opere (de quo ſtatim dixi) cum impugnationibus catholicis particulatim ſis habiturus. ⁊c̄.

¶ Principio igitur vt pauciſſimis tecum agam. Ob plenitudinem poteſtatis in Papa qui venias largitur creditur indulgentias eſſe relaxationes ſatisfactionum penalium. ad q̄s ſecundum diuinā iuſticiā dimiſſa iā dudū culpa. manet pctōr obligatꝰ. ¶ Huic aſſertōi iacturā vt faceret ſcripſit papam ſup hmōi penis a diuina reflexis iuſtitia. nullam hr̄e remittēdi ꝓ ſuo ar bitrio ptāte. Aliōq̄ ſeq̄ret̄ eū irritare poſſe mādatū ⁊ ſtatutū dei qd̄ impiiſſimū ē ſentire. Uerba eiꝰ ſi q̄ras ſūt in declaratōe cōcluſiōis quīte. ¶ Inde vt plenitudinē qꝫ ptātꝫ romano pōtifici detraheret. noluit illū ceterꝫ epiſcopis eē maiorē ſꝫ iure diuino epōs oēs. iuriſdictōe atqꝫ Error. i.

iii. eccliaſticaꝝ reꝝ admiſtratõe pares eẽ ꝛ eq̃les. Uerba ſunt in reſolutiõib⸗
ipſi⁹ ad Leonẽ. Et in tractatu de ptãte eccliaſtica. ¶ Inſup q2 idulgẽ
iiii. tijs q̃z tribuit̃ vt ſui ꝑticipatiõe poſſint decedẽtẽ aiaꝫ a debito ꝑſoluẽde
in purgatorio pene liberare. cõfingit aias in purgatorio nullaten⁹ affligi
ꝓ crimib⸗ aut pctis mortalib⸗ ſꝫ venialib⸗ dũtaxat ¶ Neqꝫ oportere hoieꝫ
ſollicitũ eẽ ꝓ ſatisfaciẽda. cũ poſt culpe remiſſionẽ nulla maneat hoi ad
deũ obligatio. imo fallacie cõmẽtũ eẽ. ſatisfactiõem penitẽtie ꝑteꝫ ponere.
Hoꝝ ꝟba erroꝝ ſunt in reſolutõib⸗ ipſi⁹. ¶ Hic qm̃ ab veniaꝝ ꝑconib⸗
ea q̃z illis aſcribebat̃ ꝟtus. vt ꝑ eas relaxat̃ꝫ penis oib⸗ q̃ ꝓ pctis exoluẽde
v erãt. aia cõtinuo ex hac luce cõmigrãs. euolet ad celeſtia. nulla purgatiõe
intercedẽte media. q̃ min⁹ regnũ igrediat̃. ¶ Inde manau... vn⁹ ꝛ
itẽ alter. Primo ꝙ credebat dimiſſis etiã pctis q̃ ad culpã ꝛ penã. adhuc
reſtare original' pcti fomitẽ. q̃ ſe ſolo eẽt ſufficiẽs ipedire ac remorari aiam
vi. ab introitu celeſtꝫ regni. Nã hec inq̃t oia loquunt̃ q̃ſi nõ ſint pctã niſi actua⸗
lia. ac ſi fomes relict⁹ nulla ſit imũditia remorãs igreſſuꝫ regni ¶ Scdo ꝙ
aſſeuerabat horrorẽ mortꝫ in ſanctꝫ eẽ pctm̃ veniale nõ modicũ. atqꝫ ob h̃
vii in purgatorio puniẽdũ. Ita vt inq̃t rariſſim⁹ ſit. q̃ poſt oẽs venias nõ etiã
in morte peccet. Uerba ſunt in ꝯcluſiõib⸗. ¶ Ueꝝ ne facilẽ purgãdis aia⸗
bus egreſſuꝫ relinq̃ret. ſilẽqꝫ ꝛ euolatõeꝫ aiaꝝ quã venie ꝑmittere videbant̃
prorſus ĩterciperet. mẽtit⁹ eſt aias purgatorij ſine ĩtermiſſiõe peccare. ꝑſer
viii. tim inq̃t cũ ea q̃ ſua ſũt plus q̃rãt q̃ꝫ dei volũtatẽ. Uerba ſũt in reſolutiõi⸗
bus ꝛc. ¶ Ceteꝝ ne eaſdẽ ſine ceſſatõe peccãtes aias cogeret̃ ad ꝑpetu
as relegare flãmas. cõmẽt⁹ eſt in purgatorio manere merẽdi ſtatũ Quo fi
ix at vt in charitate merẽdo ꝑficiãt ꝛ charitate ad ꝑfectm̃ ꝑficiẽte minuat̃ tã
dẽqꝫ excludat̃ penaꝝ timor q̃ excluſo ꝯceſſuꝫ ẽ libere ad ſuperos vt ꝑgant.
Uerba ſunt in reſolutõib⸗. ¶ Quẽ ipm̃ in errorẽ vt ꝯ̃ aduerſarioꝝ iacula
ab ſcripturaꝝ auctoritate deprõpta q̃ ſuis etiã declaratõib⸗ iſeruit. defẽde
ret. cõmõſtrare conat⁹ ẽ haud minorẽ eiuſce merẽdi ſtat⁹ eſſe certitudinẽ q̃ꝫ
illi⁹ ipſi⁹ purgatorij. Neqꝫ id ſane moleſtũ duxit olfaciens q̃d pẽſi quid
x cure idulgẽtie eẽnt habiture. vbi purgatoriũ eẽt in dubiũ vocatũ. Cũ alĩs
nihil dicãt̃ eẽ venie q̃ꝫ remiſſiões purgatoriaꝝ penaꝝ. Uerba ſũt in reſolu
tiõib⸗. ¶ Hinc demũ ipam idulgẽtiaꝝ arcã aggreſſus vbi vidit paſſim
ꝯclamari ſcrõꝝ merita ꝓ pctis nr̃is donari in ſatiſfactõeꝫ maxie ea q̃ illis
ſupflua in theſauro mr̃is eccłie eẽnt relicta. negauit ſanctꝫ vlla ſupeſſe me⸗
rita. ſꝫ oia q̃ feciſſent opa copioſiſſime eẽ remũerata. Uerba ſunt in reſolu
xi. tiõib⸗. ¶ Imo vt nihil ill' abũdãtiũ meritoꝝ relinq̃ret. ꝯtẽdit flagitio⸗
ſiſſime ſcrõs oẽs i q̃lib; bono ope venialr̃ peccaſſe. min⁹ q̃ꝫ q̃ꝫ debuiſſent
feciſſe Qui ãt peccãdo deficiũt alĩs ex ſibi ſupfluo dare q̃d poſſent Ita ꝑ
fecto euenit ab illo audaci homine totiens inſimulari viros celeſtes pro⸗
nr̃a ſalute irrequietos oratores. Cũ q̃ꝫ pctis ſi ille ſua atqꝫ ego mea ꝯpo
nere voluerim⁹. vereor ne nos hiſcẽs tartarus abſorbeat. Ecce amice
frater habes iã ortũ atqꝫ capita primorũ Lutherianoꝝ erroꝝ Uale.

¶ Colonie in officina Quẽtileana. Anno ꝟgi
nei partus. M.D.XXI. vij. kal. Iunias.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible]
q locus n [illegible] loci [illegible] dimensiones corporis [illegible] locus [illegible]
[illegible] si locus [illegible]
[illegible] locus [illegible] a loco [illegible] locus [illegible]
[illegible]
magnitudinem [illegible]
[illegible] ex loco [illegible]
[illegible] locatum [illegible]
[illegible] loco [illegible]
[illegible] locus [illegible]
[illegible]
[illegible] locum non esse [illegible]
[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
5974

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN